



DICASTERIUM  
DE CULTURA ET EDUCATIONE

DICASTERIUM DE CULTURA ET EDUCATIONE attentis commendatitiis litteris ab Exc.mo ac Rev.mo Archiepiscopo Cracoviensi, Pontificiæ Universitatis Cracoviensis Ioannis Pauli II Magno Cancellario, legitime presentatis; perpensis titulis dotibusque quibus candidatus qui probe praesit aptus demonstratur; cum compererit eundem legitime nominatum esse, ad normam art. 18 Constitutionis Apostolicæ *Veritatis gaudium* necnon peculiarum Statutorum

Rev.dum Andream WÓJCIK  
Presbyterum Cracoviensis Archidiocesis,  
Iuris Canonici Doctorem Habilitatum

DECANUM

Facultatis Iuris Canonici  
Pontificiæ Universitatis Cracoviensis Ioannis Pauli II

pro munere hoc Rescripto ad quadriennium a die I mensis Septembris a. D. MMXXIV **approbat** atque **confirmat**, omnibus ipsi agnitis iuribus et officiis huiusmodi muneri de more inhærentibus; servatis ceteris de iure servandis; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum e Civitate Vaticana, ex ædibus eiusdem Dicasterii, die XX mensis Iunii, a. D. MMXXIV.

*Josefius T. Card. De Rendacis*  
PRÆFECTUS

*+ Joannes Carolus Ignacius*  
A SECRETIS